Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Augusta Vindelicorum inclita et superioris germanie urbs vetusta: Cuius originem aliqui
quam vetustissima ostendere cupientes sicuti ceteri mortalium / Gentem Suevorum a Iaphet
descendentem ea primo inhabitasse provinciam scribunt Ubique eam condidisse ubi habundantia aquarum
salubris aer et alia oportuna de facili haberi possent Venientes ei Suevi ad certam locum aptum
considerantes / et ad tuendum natura munitum ob concursum duorum rapidissimorum fluviorum videlicet
licei / hanc urbem primo edificarunt / Eamque Vindeliciam a Vinda et lico appellabant / Ea enim regio
postea usque ad alpes Vindelica dicebat / Vindisque inclona pars in oriente et austro vergens a Rhe
tiis Vindelicisque tenetur ut Strabo ponit / Eam ante more vetusto vallo ac fossa cinxerunt Ama
zones postque Europa invaserunt Suevos sub marsepia insuetis armis et securibus precinctus
al ex hac urbe cedere usque ad alpes coegerunt et desolatam reliquerunt / Cum hec ante cladem Troie
peracta sint / Eam civitatem ante Troyam fuisse opinantur / Et temporibus exitus filiorum Israhel
de Egipto ante Romam quingentos et quinquaginta annos condita asserunt / Quam quidam a Troyanis
orta dicunt / Eligentes autem sibi deam Zizam quam Cererem fuisse opinantur / A qua hec urbs Zizaria
iiii dicta / Cuius templum usque ad tempora romanorum inviolatum permansit Id vetustate collapsum nomen
Eysenberg collis servavit / Qui ab incolis Eysenberg hodie vocitatur / Per Vindelicos deinde ac Rhetos flore
tissima cum muris ac propugnaculis facta / A Romanis plurima bella perpessa est / Cum libertate semper
optarent: se a romanis Vindelici alienarunt / Ideo divus Octavianus augustus Titum Enniam pre
torem cum legione marcia / ac aliis ducibus in eos misit / In qua Avar bogudis regis filius adoles
cens in armis apud grecos et latinos peritus / Et Varro tribunus militum claruerunt: hii civitatem in
Ano 40 fine estatis multitudine romanorum obsessam variis afflixerunt incomodis / In ea oppugnatione Avar
sagittis occiditur / Et in vico Kriechsimueron ubi sepultus fuit tale Epigrama reperitur / hijs nomen
terris bogudis dat regia proles / Brevis avar periodis de Suevis more litatus. Periit et pretor
cum legione Marcia ut pauci super essent in ea clade qui rem gestam recitaret / Locoque cedis
nomen dedit perdita legio / in media nunc civitate perlech dicta Ideo scribitur Indicat hic collis ro
manam nomine cladem Marcia quo legio tota simul periit / Varro quem Werre nominant

Augspurg